Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Confixus autem ligno beatus nestor: docebat singulos christianorum dicens. Filioli stabilis sit nostra confessio ad dominum et non negemus eum. qui pro nobis passus est christum. ne gaudeat diabolus de famulis. Fratres. Conpatiamur ei ut conglorificemur. non negemus eum. ut ipse nos non neget. Memores estote. quia pater eum misit redemptorem animarum et abolitionem peccatorum nostrorum. qui peccatum non fecit et pro nobis peccatum factus est. et omnis ei nos donauit pater. ut in nomine ihesu omne genu flectatur. celestium. terrestium. et infernorum. et omnis lingua confiteatur quia dominus ihesus christus in gloria est dei patris. Et dixit adstanti turbe. Filioli oremus et genua flectamus ad dominum per dominum nostrum ihesum christum. Omnibus autem flectentibus genua. et simul ipso de ligno oranti. ut conpleuit. et dixit amen. dimisit spiritum.

Incipit prologus in passione Sancti Focae martyris.

SANCTORUM SINGULAE passiones. nichil aliud sunt quam instructiones christianitatis uitae. corroborant enim animam et perfecte uirtutis exemplo reddunt hominem ad omnia certiorem. Hanc et apostoli secuti sunt christum. sic et apostolos martyres. triplex nos per successionem doctrina corroborat. ut aut martyres. aut apostolos. imitemur aut christum. Intimanda uobis itaque pluritas. edidi fratres dilectissimi focae sancti gesta gloriosa. mittens libros omnium quae fuerunt gestorum legendos cunctis. qui incolitis pontum bithiniam. paflagoniam. misiam. galaciam. capadociam. et armeniam. ut et tanti nominis martyr ubique laudetur. et uos ad similia perferenda. si fors tulerit habeatis auctorem. Igne enim siue per ferrum. per tormenta crucis. et per uincula catenarum impetratur corona celestis. Quaecumque in seculo acerba toleramus. scire debemus in nullo esse nec gloriae loco in melius nobis per dominum nostrum ihesum christum esse reddenda cui gloria et imperium in secula seculorum amen. Explicit prologus.

Incipit passio Sancti Focae martyris. vi

ADMIRANDA itaque et stupenda omnibus sancti focae passio non silebitur. qui non solum in igne et in singulis quibusque tormentis qualis esset ostendit. sed omni uitae suae tempore tanto dei amore deuinctus ut non incurrisse martyrium sed impetrasse credatur. Sicut a infantie tempus exegit ut admirabile nescio quid et diuinum in eo diuitie idolis appareret. Iam cum puberes annos et adolescentiae primum limen ingressus est. simul tunc cepit monstrare sapientiam. accessu placidus. mente sobrius. castitate gloriosus. amator iustitiae. misericordiae magister. humilitatis inuentor. postremo ille cuius singulas laudes enumerare hominis lingua non possit. dicentur tamen a me pauca pro multis. Itaque cum singulos christianos generalis gentilium iudicum terror urgeret. et alii gentilis iam diuersarum penarum excruciasse se saeua tormenta aliis latebra fuisset auxilio. Focas pro opinione nominis sui. qui pro omnis templos laudabatur. indagatione pugili iubetur inquiri. Tandem inuentus